

claustrum, **i.** *subs. n.* **FORMA** clostrum CATO Agr 13.2. 135.2. SEN Benef 7.21.2. PLIN Nat 3.57. DIOM 383. cum dicimus claustra et clostra.; *sing. ante saec. I ec. non inuenitur* GERM 197. succutit et foribus praeducti uincula claustri. **ETYM** claudere ISID Orig 15.7.5. Claustra ab eo quod claudantur dicta. **DLAT** claustrarius, claustritumus, clostellum. **DROM** cast. claustro, *fr.* cloître, *it.* chiostro. [**FREQ** media 272 ^{indicia} 20 ^{/d.c.m.} 201 PLAUT] uocabulum scriptis litterariis omne genus abundanter aptum, magis uersu quam prosa; omnibus usibus, pro rata parte praecipue doctis; item technicis, uariis argumentis, apparet; inde a principiis inuenitur, usitaturque magis saec. I-II ec. Voluendis temporibus forma *sing. augetur*.

VARIATIO		indicia	p/d.c.m. subc.
OPERUM	exponendo	19	6,8
	narrando	170	35
	argumentalis	66	13
	dramatica	9	20
	lyrica	3	14
	satirica	5	26
DIACHRONICA	III-II aec.	3	7,1
	I aec.	38	17
	I-II ec.	128	33
	III-V ec.	103	15
DIAPHASICA	quotidiana	6	14
	media	159	15
	docta	107	51
DIASTRATICA	litteraria	257	24
	technica	15	5,6
MODUS	prosa	158	14
	uersu	114	64

¶ uocabuli sensus in obstaculo uel obice stat, situs angustus difficilisque, et spatio et tempore. Nam claustrum situm, a quo minime progressum est, designauit, quales fuerunt circi repagulae, fines, caeli regiones uel extrema locorum; item linea a quo difficulter progreditur, quales clostella, immo portae clostellis impeditae, postea carceres. Progrediendi difficultas ab alio prouenire potest ut transire nequeas; at etiam propria et propugnatrix, ut alii aditum impediās, i. e. arx uel munimentum quoddam; quae, ut in porta clauis, aditum et transgressionem praebet. Ab eius comprehensione quasi transitus angustus ad saltus fauces angustias certe pertinuit, postea ad canales tubosque humanis corporis transit, quales fuerunt uenae uel partus uiuae. • El significado de esta palabra se presenta como 'barrera', habitualmente concebida como un paso estrecho o dificultoso, tanto en el espacio como en el tiempo. La barrera puede ser el punto a partir del cual ya no se ha ido antes (la línea de salida del circo, las fronteras, los puntos cardinales o extremos del mundo), y en general expresa el punto dificultoso a partir del cual no se puede continuar (cerrojo, puerta cerrada con cerrojo, y por tanto los recintos cerrados: cárcel, etc.). Esta dificultad para avanzar puede haber sido concebida como el resultado de un agente externo, un impedimento para el paso de alguien, pero también se ha aplicado al que uno mismo ha creado, en general para su defensa, y que en este caso está proyectado hacia otros (bastión, plaza fuerte), y que se convierte, al igual que la puerta cerrada tiene su solución en la llave, en la llave del acceso al otro lado. De ser considerado como un punto estrecho o paso difícil, se aplica con naturalidad a los desfiladeros y pasadizos, y a través de ello a los conductos del cuerpo de los animales (venas, las vías del parto).

a1 machinamentum quo porta clauditur uel aperitur • cerrojo [HYPER machinatio HOL ostium^a, porta MER pessulus SIM clauis^b, ^{quotidianum} clostellum DOM claustra aperiuntur dimouere, euellere, reserare; clauis; ciuitatis obsessae munimentum morantia, restantia] 234-149 CATO Agr 13.2. clauēs cum clostris in cellas II. 63 CIC Leg agr 1.21. sub signo claustrisque rei publicae positum uectigal. 63-65 SEN Thy 567. ferreis portas cohibere claustris ille certabat. 330 ARNOB 6.20.1. sub ualidissimis clauibus ingentibusque sub claustris, sub repagulis, pessulis aliisque huiusmodi rebus custoditis. immo, in initio foramen fuit quo pessulus intrat • concretamente, indicó en un principio el agujero donde entra la barra o pessulus 125 APUL Met 1.14. ad claustra pessuli recurrunt.

hoc foramen lammina orbiculata portae defixa erat, seu unusquisque foraminum quae in superiore aut inferiore limine cauabantur ut per eos porta rotaret; quare uocabulum hoc saepe inde ab initiis pluraliter inuenitur; postea pessulum designauit • este orificio era una pieza redonda hueca clavada en la puerta, o bien cada uno de los huecos que se hacen en en los dinteles inferior y superior para que en ellos encaje una pieza que asegura la puerta al marco; por lo cual se encuentra esta palabra casi siempre en plural, y desde luego desde sus principios; no obstante, con el tiempo pasó a designar el pasador o barra 125 APUL Met 4.10. qua clauis immittendae foramen patebat sensim immissa manu, claustrum euellere gestiebat.

a2 immo ostium ipsum • e incluso la misma puerta [HYPER aditus] 118 ISID Orig 15.7.4. Fores et ualuae claustra sunt; sed fores dicuntur quae foras, ualuae, quae intus reuoluuntur, et duplices complicabilesque sunt.

specialiter ea porta quae claustra clausa erat • y, especialmente, la puerta cerrada con cerrojo [DER claustritumus] 29-19 VERG Aen 2.258. inclusos utero Danaos et pinea furtim laxat claustra Sinon. 125 APUL Met 8.10.16. nutrice[m] istam meam opperiare, quae claustris adhaerens excubabit aduentui tuo. 318 IUL VAL 1.43. obseratis urbis suae claustris Abderitae eum ne reciperent offirmauerant. 399 AUG Iob 68. Et claustra coeli metuunt eum: uel Angeli, uel qui acceperunt clauēs regni coelorum.

a3 sensu amplificato, inde a Lucretio uitai claustra (uel similia) inuenitur ad mortis diem referens, quasi uitae porta claudatur; qui sensus in fine Antiquitatis quoque apparet, immo technicis scriptis • como extensión del significado, encontramos, ya desde Lucrecio, uitai claustra 'los cerrojos o límites de la vida', cuando la puerta de la vida se cierra; este uso aparece también al final de la Antigüedad, incluso en textos técnicos 70 LUCR 6.1153. morbida uis in cor maestum confluxerat aegris, omnia tum uero uitai claustra lababant. 238 CENS 22. Aprilem ... ab aperiendo, quod tunc ferme cuncta gignantur et nascendi claustra aperiat natura.

a4 postea custoditum aditum seu accessum significauit • a partir de aquí, significó el acceso o entrada bajo vigilancia o custodia [HYPER aditus] 180-103 LUCIL 1028. cui sua committunt mortali claustra Camenae. 70 CIC Verr 2.5.84.16. qui nostros exercitus saepe excluderant, iis claustra loci committenda non existimauit. 30 VELL 1.3.3.3. Aletes ... Corinthum ... claustra Peloponnesi continentem, in Isthmo condidit. 105-110 TAC His 3.8.13. Aegyptus, claustra annonae. 405 PRUD Perist 2.41. Leuita ... claustris sacrorum praeerat caelestis arcanum domus fidis gubernans clauibus.

a5 immo clauem • o, simplemente, la llave [HYPER instrumentum SIM clauis] 2-8 OV Met 8.70. claustraque portarum genitor tenet.

b1 obicem seu repagulam mature designauit • pronto comenzó claustra a indicar la barrera, el impedimento u obstáculo [HYPER obstaculum] 63 CIC Mur 17.6. Cum ... claustra ista nobilitatis refregissem, ut aditus ad consulatum posthac ... pateret. 30 VAL MAX 9.7.1. L. Equitium ... in publicam custodiam ductum populus claustris carceris conulsis raptum ... portauit. 330-430 HEGES 5.30.1. Iulianus ... alios perimit et claustro coercet. 417 RUT NAM 1.148. tum cataractarum claustris excluditur aequor.

(claustra portarum, claustra carceris, claustra maris) claustra cum gen. structuram efficit quae impedimentum a uocabulo in gen. praebitum significat • claustra con gen. forma un sintagma que significa 'el obstáculo de' más el objeto designado por el genitivo, que equivaldría en la traducción al sustantivo que aparece en genitivo al que se añade el matiz de la dificultad, la oposición o la estrechez 70 LUCR 1.71. acrem inritat animi uirtutem, effringere ut arta naturae primus portarum claustra cupiret. 80 VAL FL 1.156. pateant ... claustra maris. 338 IUL VAL 46. pedites ... adgredi claustra portarum ac fundamenta subruere murorum.

speciales usus inueniuntur, ut claustrum ad catenam, quae aditum portus claudebat, referens • se encuentran usos muy concretos, como la referencia mediante claustrum a la cadena que se coloca a la entrada de un puerto 37-30 VERG Georg 2.161. an memorem portus Lucrinoque addita claustra? 50 CURT 4.5.21. dum applicant nauigia crepidini portus, obicitur a uigilibus claustrum. 390 AMM 26.8.8. claustrum per catenam ferream ualde robustam ori portus insertum, ... ne rostratae inruerent naues hostiles.

uel ad oppidum seu circi repagulam • o a la barrera de salida en las carreras del circo [SIM oppidum^b] 20 MANIL 5.76. cum laxato fugerunt cardine claustra.

uel cordis imum, quo sincerissimi affectus domicilium habent • o el fondo del corazón como residencia de los sentimientos más sinceros 334-337 FIRM Math 5.1.16. omnia in claustro pectoris retinens.

b2 MIL ad munimenta, quae impetum oppugnationem bellum impedirent, qualia arcem, oppidum, muros, rettulit • se refirió a los medios de defensa que se opondrían a una invasión o un ataque, bastión, plaza fuerte, defensa o murallas [HYPER munimentum] 50 CURT 7.6.13. condendae urbi sedem super ripam Tanais elegerat, claustrum et iam perdomitorium. 62-65 LUCAN 10.509. claustrum pelagi cepit Pharon. 105-110 TAC His 3.2. quid tum claustra montium profutura? 330-430 HEGES 5.31.1. si uictores se futuros sperant, non intra claustrum se recipient.

c sensus ad aditum custoditum referens, qui uulgo ostium uel porta erat, per claustrum ad fauces uel angustias pertinuit • en determinado momento, el significado general de sitio estrecho o vigilado por el que hay que pasar para acceder al otro lado, representado generalmente por la puerta, pasó a ser aplicado mediante esta palabra a la boca, el estrecho, desfiladero o paso [HYPER fauces SIM angustiae^a] 29-19 VERG Aen 3.411. angusti rarescent claustra Pelori. 92 SIL 13.551. laxata lucida nocte claustra nitent, quae secreti per limitis umbram Elysios ducunt campos. 417 RUT NAM 2.34. excubiis Latiis praetextuit Appenninum claustraque montanis uix adeunda uiis.

MED in fine Antiquitatis formae seu canales qui intra corpus humanus sunt designauit • se denominaron mediante esta palabra los conductos internos del cuerpo humano [DOM partus canales uterus, nasci] 200-300 GARG MART Med 40.15. ipsa poma remouenda cum feminae partus incubuit: si in eodem loco fuerint, difficulter uteri claustra reserari. 400 VIND Hum 28. patefactis arteriarum claustris.

d (per metonymiam ab **a2**) usus portae quae aperiri necne potest ut aedes intrare possis uel nequeas, hoc ipsum efficit, ut aedes ipsas custoditas, carcerem capsam, designaret • el uso aplicado a la puerta que puede abrirse o no aoditarse para permitir el paso a un recinto llevó precisamente a designar este recinto cerrado: cárcel o jaula [HYPER carcer^a SIM ~claustra carceralia] [HYPER receptaculum animalium] 29-9 LIV 35.18.6. ferarum modo quae claustris aut uinculis teneantur. 60 COLUM 8.17.8. unus aut alter de multis milibus mullorum claustra patitur. 96-113 PLIN Epist 2.10.3. Enotuerunt quidam tui uersus, et inuito te claustra sua refregerunt. 404 Sulp SEV Chron 1.3.2. arcam ... contexit; uolucrum etiam paria itidemque diuersi generis bestiarum eodem claustro recepta. 118 COD Theod 9.3.3. quoniam unum carceris conclaue permixtos secum criminosos includit, hac lege sancimus, ut ... sexum tamen disparem diuersa claustrorum habere tutamina iubeatur. interpretatio. uiri et mulieres, etiamsi criminis aequalitate iungantur, non tamen in unius carceris custodia teneantur. ~claustra carceralia, poenalia

e1 GEO ut non plus ultra ad orbis terrarum cognitionem referens, limites uel terminos terrarum, si minus Romanorum imperii, designauit • utilizado para indicar el non plus ultra de los conocimientos geográficos, designó los límites terrestres, o del Imperio Romano por lo menos [HYPER finis^a SIM limes^b, margo^b, terminus^b] 59 CIC Flacc 31.1. omnis sinus, promunturia, litora, insulas, urbis maritimas claustris imperii nostri contineri. 116 TAC Ann 2.61.8. uentum Elephantinen ac Syenen, claustra olim Romani imperii, quod nunc rubrum ad mare patescit.

(Caspia claustra; claustra Italiae, Macedoniae, Etruriae) interdum cum adi. seu subs. per gen. coniunctum inuenitur, ita ut terminos qui aditum ad eos ipsos fines concedunt uel impediunt, designent • se encuentra a veces acompañado de un adjetivo o un sustantivo en genitivo, designando las fronteras naturales que permiten o dificultan el paso al territorio en cuestión 118 ADNOT Lucan 8.222. Caspia claustra Armeniae fines.

quo loco claustra ad similitudinem portae esset • sintagma en el que claustra podría ser equivalente a portae 118 LACT Theb 8.290. Caspiae portae sunt in Armeniorum finibus constitutae. unde Lucanus: 'Caspiaque immensus secludunt claustra recessus'.

e2 ^{doctum} inde, terminus mundi, quasi caeli regio • culto de aquí, extremo del mundo o punto cardinal [SIM ~caeli regio] 80-90 STAT Theb 3.27. omnia mundi claustra tonant. 80 VAL FLAC 5.604. oppositis expectat Hiberia claustris. 394-404 CLAUD Get 500. his claustris euade, ... Hesperii praecipue elabere terris. 118 SCHOL Stat Theb 3.26-27. omnia mundi claustra tonant. Claustra: cardines dixit [quia uoluuntur]. ut: 'intinuere poli'.

e3 et limes • y frontera [HYPER finis^a SIM ~limes^b] 79 PLIN Nat 3.4.7. proximis autem faucibus utrimque inpositi montes coercent claustra, Abila Africae, Europae Calpe.

claustra carceralia. pl. carcer • cárcel [HYPER carcer^a SIM claustrum^d, claustra poenalia] 118 416 COD Theod 9.40.23. qui pro suo crimine poenam exilii sub certo temporis spatio subire decreti sunt, exacto praefinito tempore nec claustris carceralibus nec in locis, in quibus exules uersati sunt, teneantur.

claustra poenalia. pl. carcer • cárcel [HYPER carcer^a SIM ~claustra carceralia DOM ubi captiui uel damnati supplicio plectebantur supplicium, tormentum] 390 AMM 15.3.11. iussi sunt attineri poenalibus claustris.